



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

69 Monialibus Ord. S. Clarae an obstet, cap. nuper de decimis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cis Capitulq; 358.n.5. l.2. in qua habetur,
 64 quod præsentes † non possent renunciate
 privilegio in p̄cjudicium successorum; ex
 hoc enim tollitur id, quod dicebatur de
 non usū privilegij, ultrā quod cum à con-
 cessione privilegij per Paulum III. non
 sunt lapsi, quadraginta anni; prout inter
 alia requiritur, Boll. in tit. de princip. n. 329.
 & quando adesset temporis lapsus super-
 sunt privilegia Pij V. & Papæ Gregorij
 XIII. recentia, & cum illud privilegium
 habeat decretum irritans, per non † utrum
 non dicitur amissum. Rot. decis. 3. de privi-
 leg. in antiqu. Hoc autem eo magis, quo sicut
 universo ordini concessum, nam per utrum
 aliorum monasteriorum jus istarum moni-
 alium censemur præservatum, non secus, at-
 que jus patronatus, quod per exercitum
 unius ex compatrionis alii præservatur,
 Abb. consil. 54. nu. 3. lib. 1. Curt. de juri patr.
 vers. competentes, nu. 42. non obstat, quod
 in privilegio non fuerit facta mentio quasi
 possessionum eorum, qui decimas percipi-
 piebant, nam satis est, quod † natura ex-
 emptionis hoc habet, ut deroget iuri eo-
 rum, qui illas percipiebant, Dec. consil. 115.
 nu. 2. Cassad. decis. 1. nu. 2. de privil. & ex his
 fuit resolutum monialibus exemptionem
 competere, donec ex bonis monasterij ha-
 beant singulæ vigintiquinque ducatos, 72
 juxta privilegium Greg. XIII. inclusive, ni-
 obstat dispositio, cap. nuper de decim. de
 quo particulariter videbitur.

An autem, cap. nuper, de † decim. ob-
 stet monialibus dicti Ordinis, quin possint
 privilegio exemptionis ipsis concessio gau-
 dere, puto distinguendum, aut enim exem-
 ptione gaudebant ante conc. generale sub
 Innoc. anno, 1215. celebrato, de quo per
 gloss. in eo cap. nuper, aut postea. Si ante

dictum concilium dicta exemptione ga-
 debant, illis etiam hodie suffragatur, si
 postea obtinuerunt privilegium, nisi fuerit,
 d. c. specialiter derogatum, dicto privilegio
 hodie gaudere non possunt, quia illi obstat
 dictum, c. nuper, ubi etiam Abb. num. 1. de
 decim. & ideo † Societas Iesu ultra privile-
 gia obtenta à Paulo III & Pio IV. Ro-
 manis Pontificibus, habuit etiam privile-
 gium à Greg. Papa XIII. sub dat. Roma
 die 1 Jan. 1578. super exemptione decimaru-
 m cum derogatione, d. c. nuper, quare
 movet omnem difficultatem, ut fuit à Ro-
 ta decimum, ut in decisionibus infra scriptis.
 Coram Bubalo Cartaginensis decimaru-
 m Octobr. 1578. fuit resolutum per da-
 minos privilegium fel. rec. Pij IV. & exime-
 re Societatem Iesu à solutione decimaru-
 m spiritualium, debitatum rectoribus paro-
 chialium ecclesiarum de jure communi.
 Nam quicquid sit de privilegio recolen-
 mem. Pauli III. verba dicti privilegij Pij
 III sunt adeò universalia, & prægnantia, ut
 sine difficultate comprehendant etiam
 istas decimas spirituales, eximit enim à qui-
 buscumque decimis prædialibus, & perso-
 nalibus sub quibus verbis non est dubium,
 quin includantur etiam decimæ spiritua-
 les, ut latè per Dec. consil. 113. nu. 4. & seq.
 quia præiales decimæ † appellantur, quæ
 debentur parochio de jure divino. c. tuano-
 bus, & c. ex parte, de decim. & satis constat
 de enixa mente Papæ, nemudum ex dictis ver-
 bis universalibus, sed etiam ex derogatione
 regulæ de non toll. jur. quæ. ex qua appa-
 ret, quod voluit aliis p̄judicare, ut per
 Crot. in consil. 49. nu. 16. Cassad. decis. 1. de
 privil. Beltram. in consil. 7. n. 4. in 2. par. 3. lib.
 & in consil. 15. col. penul. & fin lib 6.

Nec obstat decisio Put. 63. lib. 3. quia in
 illo

